



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Divvm Hiob Brevissima, Iohannis Bvgenhagij Pomerani  
Scholia, quibus ueteris tralationis nubila dispelluntur**

**Bugenhagen, Johannes**

**Argentorati**

**VD16 B 9326**

Capvt VIII. Respondens aut[em] Baldath Suites. di.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36500**

est, uanitas sunt. Quod magnificas) magni ducis,  
 magni facis. Est uilis res homo & fragilissima, ad quē  
 deiiciendū non opus habes ò Deus, tanta manu, quem  
 ut maxime non percutias, tamen ex se perit. Dilucu-  
 lo) mane. Non expectas usq; ad uesperā. Nec dimit-  
 tis me ut glutiam saliuam) Saliua est uaua res. Senten-  
 tia est. Vita mea est uanitas, & nō permittis me ut uel  
 hanc uanitatē i. uitam utcunq; breuem, deglutiam,  
 id est, finiam. Quid faciam tibi? id est, unde me redi-  
 mam. Contrarium, id est, non consentiē in omni-  
 bus. Et factus sum mihi grauis, id est, ne me quidem  
 ferre possum. In puluere dormiam) moriar. Ma-  
 ne, id est, cras. Non subsistam, non ero.

## C A P V T VIII.

## Respondens autē Baldath Suites, di.

Nunquid deus supplantat iudicium) iusticiā. In  
 manu iniquitatis suae) eorum. Etiam si filij ob iniquita-  
 tem occisi sunt, tu tamen, quia adhuc tibi seruauit deus  
 uitam, poenitentiā age. Si diluculo consurrexeris, id  
 est, si mane precatus fueris. Si mundus) Isti sunt oēs  
 prae dicatores operū. Incesseris) ambulaueris, con-  
 uersatus fueris. Et peccatum reddet, id est, paci resti-  
 tuet. Multiplicetur numis. i. abundabis posthac: In-  
 terroga generationē pristinā, id est, antiquos & pa-  
 tres ante nos. Interrogamus per lectionem historie.

B 4 aut inter

A N N O T A T.

**Deut. 32.** Aut interrogamus eos qui per manus acceperunt. Sic  
 Moses in Cantico. Interroga patrem tuum &c. He-  
 sterna sumus, id est, nos non diu fuimus in mundo. Si-  
 cut umbra) quæ scito transit. Nunquid uiuere potest  
 Scirpo & carecto scirpus) Scirpo & carecto cõparat hypocritã. Non  
 carecto enim habent radicẽ, ergo uigor eorũ manere non po-  
 tur hypocris. test. Non ei placebit uccordia, id est, non gaudebit  
 in hypocrisi sua. Innitetur, id est, curabit ut fortifi-  
 cet domũ suam. Et non stabit) quia est ædificata su-  
 per harenam. Humectus uidetur s. scirpus. Sol. i.  
 æstus. In hortu s. sarpi. Eius s. sarpi, id est, hypo-  
 critæ. Super aeruũ petrarum) super quẽ non pos-  
 sunt portari. Si absorbuerit, id est, aliquis euulserit  
 scirpũ, Aut si mare proiecerit eum. Negabit eum s.  
 locus eius. Et dicet s. locus. Hæc est enĩ leticia uia  
 eius, id est, nihil relinquitur ei, nisi ut alij scirpi de ter-  
 ra germinentur. Simplicem, id est, innocentẽ. Nec  
 porriget manum malignis, id est, nec adiuuabit mali-  
 gnos. Donec s. ueniat tempus. Ut impleatur risu  
 os. i. donec rideas. Iubilo, id est, leticia. Donec im-  
 pleatur, hoc est, Si simplex fueris, restitueris, donec  
 omnia abunde tibi reddantur. Qui oderũt te, id est,  
 inimici tui. Tabernaculum) habitatio.

C A P V T IX.

Et rñdens Hiob ait, Vere scio quod.  
 Composi